

/ Admodum R/de P/r,

Quamvis ego nigras vestes cum purpureis jussu Pontificis Maximi commutaverim: non tamen desii religiosum esse Societatis Jesu, ac per hoc R.V/ra non debuit audaciam appellare, quod ad me scribere ⁵voluerit, cum ad fratrem sui ordinis scriberet. Accedit, quod ego peculiari benevolentia Belgas omnes ~~am~~complector, cum annos septem in Belgio docendo, et concionando consumpserim. Illud moleste fero, quod nimis tarde litterae vestrae ad nos pervenerint. Canonici enim, qui litteris Dñi Comitissae, et vestris petitur, collatus fuerat ¹⁰cuidam Anglo decem diebus antequam nobis vestrae litterae redderentur. Itaque non negligentia nostra, sed tarditas litterarum vestrarum in causa fuit, ut Ill/mus Dñus Comes desiderii sui compos non fuerit. Valeat R.V. mei memor in sanctis precibus suis. Datum Romae die 6. septembris 1616.

¹⁵ Archiv.Vatic. Gesuit.22 epist.CLXIX.